UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cels[issi]mi ac rev[erendissi]mi principis Ferdinandi episcopi Paderbornensis ... Baronis de Fvrstenberg Votiva epigrammata, divis titularibus Luciae Virg. et M. Syracusanae, Liborio episc. ...

Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>

[S.l.], 1677

Ferdinandvs, Episcopus ac Princeps Paderbornensis, Coadjutor Monasteriensis, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-7730

Visual Library

FERDINANDUS

Epiſcopus ac Princeps Paderbornenſis, Coadjutor Monaſterienſis,

S. P. D.

Iacobo VVallio è Soc. Ieſu,

Amico ſuo ſingulari.

CArmen Sotericum, quod natali meo die miſiſti, elegans & venuſtum, ut omnia tua, arcanâ vi ita me rapuit atque excitavit, ut votum D. Luciæ Servatrici meæ, quod in ancipiti ac diuturno morbo animo conceperam, his verſiculis ſubitò expreſſerim. De carmine verò tuo eas tibi gratias, hoc eſt maximas, ago, quas tam præclarum opuſculum meretur. Deum porrò obſecro, ut votum tuum natali meo ſuſceptum ratum eſſe velit, mihique modum & occaſionem ſuppeditet ſummis tuis erga me meritis aliquâ parte reſpondendi. Vale, meque, ut facis, ama tui amantiſſimum, & in precibus meis memorem, quas etiam à te expoſco. Paderbornæ, Kal. Novemb. MDCLXXVI.

Hæc illi ſcribere dignata eſt conſueta Tibi erga clientes benignitas: qua & meum obſequium gratum habere dignatus, addidiſti alia votiva Epigrammata duo, ornandis Sanctorum Faſtis aliquando ſervitura: quæ interim dum ad Iulium atque Octobrem proceſſerit opus noſtrum pluteo abdita premere, nefas credidi; ideoque hic ſubjunxi: & hos, quos verſibus Tuis celebras; & omnes, quos noſtro labore illuſtratos cupis Sanctos, Tibi propitios optans.

AD